

¶ Nam corpus fatuū quia noluit sequi consiliū anime sapientis.
 Et spiritus sapiens. quia secutus est corpus fatuum. Igitur dā
 nabunt ambo in iudicio extremo. Et hac de causa sententia
 iudicis dicit gladius ex utraq; pte acutus. Nam perciet tunc
 quo ad corpus et quo ad animā miserum peccatorem. Unde
 ergo dicitur. Darbei. x. Illū timere qui habet corpus et animā
 perdere in gehēnam. Ex his dictis mi frater collige quis inter
 nos duos sit frater fatuus. Vel quis sit frater sapiens et quis
 stultus. Q̄ sapiens ego feci q̄ te nō sum secutus in itinere
 sed in ista vita seculari criminosa et dānosa. Tu em̄ inter tot la
 trones infernales corruisti. quot peccata mortalia cū tua dali
 da ac in vita tua comisisti. Suscipe mi frater et de te exemplū
 ex euangelio de diuite epulone et Lazaro pauprimo: tu cōside
 rasti principiū et presentiam cū diuite. Ego vero finem. Tu eter
 na supplicia. et ego gaudia sempiterna cū lazaro. Considera q̄
 dissimilis sit vita corū. Sic per cōsequens dissimilis est exitus et
 mors corū. Nam mortū diues et ania eius a demonib; sepeli
 t in inferno. Morit̄ et lazarus. et anima eius a sanctis angelis de
 portat in sinū abrahe ubi gaudet cū omnibus electis corā deo
 in celesti patria sine omni carētia et defectu. Diues vero torquet̄
 in inferno cū demonibus atq; dānatis sine fine in omni defectu
 et penuria. Quia rogauit iā multis annis pro vna guttula aque
 et nō est exauditus. nec in eternū exaudiet̄. Et sic ibūt hij in re
 quem sempiternā. Isti vero in suppliciiū eternum. Domenta
 neum est vero qd̄ delectat. Sed heu sempiternū est qd̄ cruciat.
 Qua in re colende ac amātissime germane scribā tibi et omni
 bus alijs sacerdotibus tibi equalibus sanam doctrinā q̄m quod
 mihi dñs dederit. Orem; dominū p̄ gratia sua. Explicit. plog.

De ornāmētis sacerdotū ca. i

¶ Auamini mūdi estote ubi supra. ¶ Ubi primo sciendū
 q̄ clerici debēt esse ornati duplici ornamento. scz inte
 riori et exteriori. Ornamentū interius cōsistit in virtutibus.
 in quibus debēt cōmunem populū precellere: alias vilissi
 mi sūt. Quia vilissimus est qui prestantior. i. dignior est: nisi etiā
 precellat alios in scientia et sanctitate. vt habet. i. q. i. Vilissimū
 debēt etiā clerici pre alijs esse caritatiui: cōpassiui: humiles: be

AA iij

*De hoc amig
 p̄ p̄p̄os p̄p̄os*

Qualit̄ dñs se dñs

Capitulum primum

niuoli: patientes et cōtinentes pre omnibus hominibus. Et sic
 nō solum interius debent esse ornati virtutibus: sed etiā exteri⁹
 tanq̃ lucerna sup candelabrū posita lucere debent in exemplū
 vniuersis. Exterius enī ornamentū cōsistit in bono regimine
 sui ipsius. debet enī clerici aures: oculos: liguā et omnia mem-
 bra corporis sui sub freno castitatis et modestie exercere: vt nō
 sint leues in moribus: nec prōni ad risum: nec curiosi. nec p̃bosi
 nec in eis aliquid appareat qđ cuiuscunq̃ possit offendere as-
 pectum. ¶ **S**ecūdo exterior ornatus clericorū cōsistit in habitu
 decenti p̃ut statuta synodalia edocēt. scz vt deferant vestes nō
 incisās vel regulatas: neq̃ varij coloris: neq̃ rubeas: neq̃ viri-
 des nec nimis longas: nec nimis breues: vt capitulo. Clerici
 Extra de vita ⁊ honestate clericorum. Non enim mundiciam
 vestium Sed cordis. a nobis deus requirit. Et ideo dicitur
 Lauamini: mūdi estote. Isa. i. ¶ **S**up quibus verbis ait. Cri-
 solimus. Seruus dei nō debet habere vestiturū ad decorem
 ṽsionis: neq̃ ad mollitiem seu delectationē carnis. Sed ad te-
 gumentū nuditatis. Unde ait apostolus. i. ad. Thymotheū. vi.
 Habentes vestitū et quibus tegamur. Et nō dicit quibus or-
 nemur: his cōtenti sumus. ¶ **U**nde. Isaac abbas syrie ait. Qui
 diligit splendida indumēta: cogitationes humiles habere nō p̃t
 Quia cor exterioribusfigurationibus cōfirmatur. Et clericus
 neq̃ in vestibus: neq̃ in calciamentis debet decorē exteriorē seu
 ornatū pretendere. ¶ **U**nde. cli. di. Clericus. Quia secundum
 Gregoriū. Nemo vestimēta preciosa querit nisi ad inanē gloriā
 Nec aliq̃s induit vestimēta preciosa: vbi ab hominibus videri
 nō p̃t. ¶ **U**nde ille diues de quo in euāgelio legit. Lu. vi. vt su-
 pra in prologo. ex nullis alijs causis dānatus est: nisi: quia quot-
 tidie epulabatur splēdide: et induebatur purpura et bysso. Et ideo
 dicit apostolus. Nō in veste p̃ciosa. Et. Hu. de sācto victore.
 Tāto quisq̃ int⁹ polluit: quāto ad inanem gloriā exteri⁹ oro-
 nat. Quia nō nitōr vestitū. sed splendor morū ornat clericū. et
 quāto exterior pulchritudo diligit. tāto interior minus ornat.
 Sed heu quid dicā in oppositū faciunt multi clerici. de q̃bus
 egregius doctor sacre theologie petrus de pultra in quodā ait
 sermone quē fecit in cōcilio. Lōstantiensi. vbi inter cetera sic
 dicit. Incedūt nōnulli clerici in vestibus indecenter figuratis ⁊

2.º de habitu et ornamento

No. l. v. m.
 de ornamento secularium

pañum

impudice videlicet quadriuarie vsq; ad nates aut cingulū incif
vr palā pateat pceritas crurū et fulgidus caligarū color cum
bābafis corpibus ipsoꝝ miro artificio curiosissime coaptatis
ymo quandoq; turpitudine nude carnis et cū manicis aptis la
tis et lōgis. vr potius ad instar vulturū videant volando ince
dere q̃ moze hominū ambulare. et paulo post sic ait. Tales ab
hominationes vos reuerendissimi p̃res aptis oculis quottidie
cernitis. in foro. in choro. ymmo in ṽris hospitijs et mēsis asta
re et ministrare vobis et dissūlatis. Haz vestri s̃z obediētes fa
muli. nulla est vobis difficultas eos emēdandi. attamē dicitis
ipsis. facite. et faciūt. Profecto dissimulādo talia vobis ip̃is te
stimoniū phibetis. qz in corū lenitatibus p̃placētiāz habetis.
Hec ille venerabilis doctor. ¶ Hos s̃o p̃biteri p̃e omnibus
alijs hominibꝝ dēremus esse imitatores xp̃i. qui fuit deꝝ et hō
rer regū et dñs dñantiū. de quo non legimus eū habuisse alia
vestimēta nisi duas tunicas. Unā inconsutilē. aliam s̃o consu
tilem. nō camisias. nō palia. non caputiū. aut mittram. nō bam
basū. non caligas. et vltimo nō vsus est calceis. Q mi deus q̃
paucos habes imitatores benigne hiesu. ¶ Item legi etia q̃
qui primus vtebat purpura a fulmine est p̃cussus et sic obiit.
¶ Eym. Legimus etia in miraculis q̃ quedā comitissa solūmō
p̃ter ornatū vestiū sit damnata. a quo nemo potuit eam retra
bere. p̃ter qd̃ sanctū virum interrogauit quedā alia mulier di
cens. Dñe quid valet mea p̃fessio cum habitū sup̃bum retineo
et eum dimittere nolo. Qui dixit. Ahibi. Nam nisi beāt homo
firmissimū p̃positū omnia peccata strictissime vitare. et p̃cipue
mortalia. et oēs occasiones cunctorū peccatorū a se reicere. be
neficiū absolutōis omniū suorum criminū non consequit. quia
principalissimū est vera et stricta cōtritiō in p̃fessione salutifera
Dic mi frater redi ad conscientia tuam et cōsidera tua nimis
pretiosa et varia vestimēta. et quid faciat aurum et argentū in
cingulis tuis. et cultellis. in pera. in coclearibus. ciphis. et mul
tis alijs. Deinde fulgida tue valide indumēta et omniū geniti
uorū tuorū. et cognosce. quia hec omnia sunt bona pauperū. et
babe p̃e oculis tuis horā vltimā quando celestis ille pa
terfamilias dicer tibi. Redde rationē villicatōis tue. nam vlti
mus nō poteris villicare. ¶ It scias quid sibi respondeas.

Mo qm ab p̃fessio
valet s̃o p̃d̃



Capitulum secundum.

De honesta sumptiōe victua- lium elemosinarum. Capitulum secundum.

*Mo. sta p. m. fa
sumda*

De elemosina

no k

Ornamenta clericorum etiam maxime consistunt in largitione elemosinarum. et in victualium sobria et honesta sumptione. observantes ista sex in mensa que habent. xliij. dis. Coniugia. et. c. Pro reverentia. ¶ Primum ut vita absentium non mordeat. ¶ Secundum ut presentes non irrideant. ¶ Tertium ut verba inania et secularia non recitent. ¶ Quartum ut verba sacre scripture legant. ¶ Quintum ut cibis non nisi ad sustentationem sumant. ¶ Sextum ut in principio et in fine deo laudes referant. qui nobis namque necessaria tribuit et perat sine nostro magno labore et cura. Unde Hugo: Si vivimus de annona christi. iustum est ut laboremus in servitio christi. et de reliquijs mensarum nostrarum cibemus christum in suis pauperibus. de quibus dicit Quicquid vni ex minimis meis fecistis. mihi fecistis. Math. xxv. ¶ Pro quo sciendum quod manus sacerdotum oleo inunguntur. ut nihil terrene eis adhereat. sed totum per largitatem elemosinarum effundant. Unde in ecclesiastes scribit de sacerdotibus. Non sit manus tua ad accipiendum porrecta. sed ad dandum collecta. Et Isaias ait. Principes tui infideles sunt foris furum. omnes dilecti sunt munera. pupillo non iudicant. et cause vidue non ingrediuntur ad eos: A minore usque ad maiorem omnes avaritie studeant et dicunt. Pax. et non est pax. quasi diceret. Sacerdos dicit peccasti. fac missas celebrare. et offer mihi peccunia. et recipies remissionem peccatorum tuorum. Et sic faciunt pacem cum domino. et non est pax. nisi quia celebratio missarum cedit eis in lucrum. Et predicatorum predicant pacem dicentes. Da unum denarium et habebis remissionem omnium peccatorum. Et adhuc non est pax. Sed quia sollicitudo omnium christi commissa est pastoribus. Precepit igitur eis dominus vigilare. predicando et bene operando. et sic lupos a suis ovibus arcendo. Unde Jacob ad Laban ait. Oves tue steriles non fuerunt. Nam sterilitas ovium. id est peccata pastoribus imputantur. Unde scribitur Numeri. xxv. Quando fornicatus est populus cum filiabus Moab. dixit dominus ad moysen. Tolle cunctos principes de populis et suspende eos in patibulo versus solem. Peccata enim subditorum redundant